



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*Burgos lib. 1. & Antoninus Gomez ibidem n. 10.*

8. Cæterum potestas condendi Leges civiles est penes Regem in suis regnis *cap. Ecclesia de Constit. Navar. in cap. novit. notab. 3.* Reginam in casu v. g. quoad illam matrimonio junctam regnum Jure hæreditario devolveretur *Baldus in cap. significavit de rescript.* Principes inferiores secundum limites potestatis, quam à supremo Principe de eius consensu tacito aut expresso, aut eius consuetudine legitimè præscripta acceperunt *Suar. lib. 3. de legib. cap. 9.* omnes deniq; habentes superioritatem supremam quales sunt Respub. quædam libera, ut Veneta, Genuensis, quæ superioritatem in temporalibus non agnoscunt *Abb. cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. n. 6.* aliaq; communitates perfectæ, si quæ jurisdictionem independentem habent, etiam minores, quia cum *lex omnes populi ff. de iust. indistinctè loquatur Abb. supra.* neque nos debemus distinguere *reg: Iuris in 6.* Civitates autem, quæ superiorem agnoscunt, & jurisdictionem dependentem habent, non nisi secundum limites jurisdictionis modificatæ à Repub. approbatæ, v. g. Mechani-

chanicorum, statuta quidem intra suos fines condere possunt, sed à proprietate publicarū constitutionem deficiunt non-nihil, sicut & statuta domestica à Patrefamiliās posita. *L. 3. C. eod. de leg: Layman: lib: 1. Tract: 4. cap. 8. num: 6.*

9. Non paucorum sententia est vim & substantiam legis à populi acceptatione pendere, quòd ea tacita conditione leges ad populum ferri censeantur, si ab ipso fuerint acceptatæ; eoq; reclamante editæ, rarò in bonum communitatis cedere soleant. *Canonistæ pleriq; in cap. 1. de Tregua & pace Azor. tom: 1. lib. 5. cap. 4.* Conclusio verò nostra est, licet leges tam Pontificiæ, quàm Cæsareæ substantiam suam & intrinsecam vim subditos obligandi promulgatione acquirant, accidētāliter perfici & roborari per populi acceptationem & usum; ut patet ex vulgari. *leges constituuntur cum promulgantur, firmantur moribus cum utentium approbantur. Gratian: Can: in istis dist: 4.*

10. Ex quo consequentia ad praxim non inutilia inferuntur. Primo Episcopis præsertim Metropolitanis ex officio incum-

cum-